

## Aduertencias para

non est publicè dandum hoc Sacramentum illis qui sunt in peccato mortali publico, licet sint per Confessorem absoluti ab eo, quo usq; tollatur scandalum. Pro quo vide Caic. verbo, Confessor. §. 3. Soto. in. 4. &c.

¶ Similiter debet scire, quomodo in Eucharistia non est substantia panis, & vini, sed verus Deus, & homo Christus. Quia hoc debet scire eius ministri, & qui recepturi sunt hoc Sacramentum, vt ipsos doceant, vt credant hoc mysterium, vt exhibeant ei reuerentiam, quando recipiunt, siue alias. Pro quo vide Concil. Triden. Sess. 22. c. 8. infine, vbi præcipit Curatis hoc docere populum, dicens. Mandat sancta Synodus Pastoribus & singulis curam animarum gerentibus, vt frequenter inter Missarum celebrationem vel per se, vel per alios, ex ijs, quæ in Missa leguntur, aliquid exponant, atque inter cetera Sanctissimi huius sacrificij mysterium aliquod declarent, diebus præsertim Dominicis, & festis. Hæc ibi.

010  
¶ Et quia innumerabiles & prorsus inexplicabiles sunt huius diuini Sacramenti fructus, & utilitates, quas debitè sumētibus impartitur, diligens Parochus non cesset suam  
instrue